



GALENI IN LIBRVM HIPPOCRA TIS DE VICTVS RATIONE IN MORBIS

ACVTIS COMMENTARII QUATVOR,

Ioanne Vasseo Meldensi interprete;

Ab Augustino Gadaldino recogniti.

ARGUMENTVM.

*Per tractat de ijs quæ ueteribus medicis in acutorum morborum uictru
controuersa erant; ac in primo quidem libro agit de Ptissana.*



C 1. Vignidas appellatas sententias conscriperunt, hi sanè quæ ægri in morbis singulis pa-
tiuntur, & quonam modo nonnulla his eueniant recte scripserunt: atq; ea quoque
quæ medicina imperitus quispiam scribere potuisset, si ab ægro unoquoque qualia
patitur probe intellexisset. Verum quæ medicum non referente ægro ipso perdiscere
oportet, multa ex his sunt prætermissa, alia in alijs, & quædam ad coniecturalem co-
gnitionem (*τέκμαρσιν* græce dicunt) peropportuna,

Non solum nihil eorum quæ ægri patiuntur, prætermiserunt qui
gnidas scripserunt sententias: verum quoq; & vltra id quod iustum
est, de quibusdam mentionem fecerunt: vt paulo post ostendam. Necq;
id artis opus est, si nihil prætermiserint eorum quæ à plebe ipsa co-
gnosci possunt. Non etenim is artifici est scopus, sed quae ad curationem idonea sunt omnia scri-
bere. Quapropter saepius nonnulla adiçere quæ vulgus non nouit, erit opus: & multa quæ huic
nota sunt auferre, si nihil ad finem artis conferre videantur.

2. Et quædam ad coniecturalem cognitionem (*τέκμαρσιν* dicunt) peropportuna.

D 3. Tékm̄arσιον est quæ per tékm̄arσion fit cognition. tékm̄arσion autem appellant veteres syllogisticum
signum, non autem simpliciter signum omne, vt in opere de coniectura & signo est demōstra-
tum. Quæ igitur medicis ad huiusmodi cognitionem tum necessaria tum vtilia existunt, non
omnia ait gnidijs in sententijs scripta esse: sed prætermissa pleraq;.

4. Cum autem ad coniecturalem cognitionem dicatur quonam modo curare singula oporteat, in his multa aliter
quam illi enarrauerunt, sentio,

Ex quo multa quæ ad coniecturalem cognitionem expedita & idonea existunt, a gnidijs me-
dicis prætermissa esse dixit, quam nam dicat coniecturalem cognitionem ipse deinceps docuit
inquiens, Quonam modo curare singula oporteat. Nempe quod ad horum inuentionem vtile
fuerit, id ex arte est. Sed forsan quis opinabitur prætermisas esse quæ tum ad dignotionem,
tum ad prænitionem conferunt coniecturas. Verum res non ita habet, cum de necessitate in
his quæ ad curationem idonea sunt, hæ contineantur. Si enim ad optimæ curationis inuentio-
nenem nihil conferrent morborum dignatio, & futurorum prænotio, prorsus hæ superuaca-
rent. Nunc autem quod conferant, ob id commoda existunt. Ergo quod affectuum dignatio
ad curationem valde necessaria sit, recensere non est opus. Nam in primis quisnam sit morbus
dignoscere oportet, deinde curationem ipsius aggredi. Quod vero prenotio ad curationem
quoq; commoda sit, demōstravit in prefatione prognostici Hippocrates. Qui ergo omnia quæ
ad medicinam spectant, cōmoda ea vel ad dignotionem vel curationem vel prænitionem esse
dixerit, virtute idem dicit. Curatio siquidem per se à medicis exercetur: Prenotio autem, &c. di-

Septima Classis,

oooooooo iiiij gnotio

Gal. in librum Hipp. de vict. rat.

gnatio propter curationem. Quo sit ut nemo finem artis dignotionem vel prænotionem sicuti
 curationem asseuerauerit. Intellige autem impræsentiarum curationem, sublationem morbi, nō
 eam quidem quæ adhuc fit, sed quæ iam facta sit. Sed de omnibus abunde est scriptum in eo li-
 bro qui de fine medicinæ agit. Nec expedit ut impræsentiarum quippiam præpostere & præ-
 ter institutum faciamus. (græce πάραγον, ἔγον πινάσθω dicitur) utpote qui iam veteris men-
 tem vel sine exquisito finis examine cognouerimus. Verum cum & modo alio dictio præsens
 plerisq; in exemplaribus, fide etiam dignis scripta sit, de ea mentionem facere non intempesti-
 uum fuerit. Differt autem ab ante scripta dictione litera vna videlicet, id est vel, ut adhunc mo-
 dum græce sit. ὅκοταν δὲ εἰς τέκμαρσιν λέγεται, οὐ χρὴ ξεναγεῖν τὸν φύλακα, id est, Cum autem quippiam ad
 conjecturalē cognitionē dicatur, vel quonā modo curare singula oporteat. Qui ita scribunt, per
 τέκμαρσιν dignotionē & p̄notionē intelligūt, & p̄ verba hæc ως ξεναγεῖν τὸν φύλακα, id est quonā
 modo curare singula oporteat, curationē: nōlētes eā in τέκμαρσιν noīe cōtineri. Quod si ita ha-
 bet, in antascripta dictio e qua dicitur, Multa p̄termissa sunt alia in alijs, & nōnulla ad conjecturalē
 cognitionē p̄opportuna, nō recte sanatoriā artis partē p̄termissa vide Hippocrates. Sed q̄ hi
 respōdeat ob id resumptā scriptamq; quæ seq̄tur dictiōnē, vt quod sanatoriū est adiiceret, nemo F
 est qui ignoret. Verum qm̄ de re ad curationē congrua disceptatio nō sit, ob eas res sermonem
 protrahere est superfluum. Pergamus igitur ad ea quib; quæ ad sanationē vtilia sunt, docet.

Atq; non ob id solum non laudo: mēnū q̄ & paucis numero sint usi medicamentis. Nēpe maximus numerus medi- 4
 camentorū, quibus in morbis non acutis usi reperiuntur, est tempestive exhibitorum tum elaterij, tum seri, tum lactis
 {quæ si bona essent, morbisq; quibus dari censerent, congruerent, multo sanè digniora laude erant, & paucissima satis
 facerent. Sed res impræsentiarum non ita habet.}

Paucis quoq; numero auxilijs vsos eos ait, nisi in acutis morbis, quasi in his multa dixerint.
 quod sanè fecerunt. Quæ vero longis in morbis dixerunt, hęc {vere sunt.} Nam & per tēpesti-
 uam elaterij, seri, & lactis potionem perficiuntur.

A. re vera con-
tra se habent.

Qui uero secundum adornauerunt librum. hi medice magis quæ singulis exhibenda sunt, percurrerunt.

Liber secundus à primo scriptus adornatus digestus c̄p̄ dicitur, cum institutum habens idem,
 plurimas dictiōnē easdē, nōnulla quidē eorū quæ in priore erāt, abstracta habet, alia aut̄ adiecta,
 & alia permutata. Exemplū rei huius si p̄spicuitatem desideras, secundū Eupolidis Autolicum
 ex priore adornatū digestumq; habes. Sic & gnidias sententias à primis secundas gnidijs edide-
 runt medici, quæ nōnulla quidē haberent eadē oīa, alia vero adiecta, & alia sublata, veluti & alia
 permutata, secundum igitur hunc librum, Hippocrates priore medicinalem magis esse afferit.

G

Sed de diæta, id est nūtius ratione, nihil quod effatu dignum sit conscriperunt ueteres: quanquam id magnū esset. 6

Is curationis ductus contextusq; qui per consuetā materiā efficit, diæta, id est victus ratio, nū
 cupat: vt qui per consuetas tum sectiones tum adiustiones, & quæcumq; alia manu fiūt chirurgia.
 tertiam ab his medicinæ partem pharmaceuticen dicunt: quæ scilicet per medicamenta aboli-
 vitur perficiturq;. Accusat autem priscos Hippocrates, q̄ de victus ratione nihil effatu dignum
 conscriperint: idq; dixit, non q̄ nullum quod ad victus rationem spectaret theorema conscri-
 perint, sed q̄ non effatu dignum. Qualem autem sit effatu dignum, docebit in sequentibus.

5

Fuerunt uero qui marios morborum singulorum modos, diversaq; horum sectiones divisionesq; non ignorauerint.

Non solum varios morborum modos non ignorauerunt, verum quoq; & vltra quam decet H
 de his scripserunt: vt ostendam in sequentibus.

6

Verum morborum singulorum numeros clare pronunciare uolentes non recte scripserunt, quippe cum nō facile nu-
 merari queant, si quis laguentium morbos alterum ab altero quadantenus diffire, nullumq; morbum eundem uideri,
 quin idem quoq; nomen habeat, conjectauerit: {Mibi uero placet omni in arte animū tuū conuertere tum appellere.
 Nam quæ probœ uel recte procedunt officia, probœ & recte singula peragere oportet. Quæ item celeritatem desiderat,
 celeriter adimplere: & quæ sinceritatem, sincere: & quæ sine dolore administrari postulant, citra dolorem omnē ad-
 ministrare. Cetera quoq; huiusmodi omnia: {secus quam bi qui rem propius sunt contemplati} ad meliorem for-
 man nos redigere conuenit. Maxime autem medicum laudauero, qui in morbis acutis, ni quorum plurimi hominum
 enecantur, {secus quam ceteri} in melius procedat. Sunt igitur acuti morbi, quos prisca nominatim perscrinxerunt,
 pleuritis, peripneumonia, phrenitis, lethargus, causis; & quicunq; alii hos consequuntur morbi: quoruū febres prōrsus
 continuæ interficiunt.}

7

Quāuis hacc
non legant in
aliquibus antiquis
codicib; a Galeno tñ cōmē.

8. istius primi
libri citant, vt
ab Hippocra-
te hoc i lo
co scripta.

* τουπίταν
† insigniter
pre alijs
† insigniter
pre ceteris

* A. sympto-
matum

Dixi paulo ante gnidios medicos confessim ab initio de morbis plusquam oportet scripsisse.
 Scripserunt siquidem bilis morbos septem: Parī modo & paulo infra vesicę duodecim: Renum
 quoque quatuor: Stranguræ quatuor: Deinde tetanos tres: Morbi præterea regij generæ qua-
 tuor: Atq; tandem phthises tres, Nempe ad corporum varietates, quæ multis ob causas permu-
 tabantur,

ut ē p̄. aph. com. in. b.
 in. 2. 19. 22. 2. d. dieb.
 ten cap. 2. 22. 3. ali.

Atabantur, respexerunt, morborum identitatem haudquaquam contemplati. quo modo est contemplatus Hippocrates ad horum inuentionem methodo vhus. qua duntaxat morborum numerum inuenire conceditur. Methodum autem eam in methodi medendi principio demonstrauimus, diximusque aliquid in libro de elemētis sūm Hippocratis mentē. Habet quoque & à nobis cōpendio quodam scriptum vnum de morborum differentijs cōmentarium. sed hoc in loco dictio-nes prosequi est opus. Nempe is expositionis scopus existit. Nam si quis inter exponēdum demōstrationes scriperit, sermonem protrahet, & praeципuā quæ sanatiōis morborum causa exi-stit, dimittet. partem inquam quæ ad maxime letalium morborum curationē excellit praestatqz. Summa quidem praesentis dictionis hæc est, particularia vero dictionis deinceps explicabo.

Cum enim nullus communis pestiferi morbi modus passim grassatus fuerit, sed morbi & σωγέδες, id est sparsim priuatimqz prehendentes, & similes fuerint: ab his plures quam ab alijs omnibus intrecent.

Ostendit hac oratiōe Hippocrates morbos multos vno fieri tpe: quos si pernitosi fuerint, pēstem appellant: si vero mitiores, altera quadam indicant appellatione, epidemos vel epidemios nominantes. ut epidemus morbus sit qui tempore aliquo, in regione aliqua abundet in solecatqz.

BPestis vero, epidemias pernitosas. Est autem & aliud morbi genus cōmune multis, quod in regio-ne superuenit acceditqz, endemumqz vel endemium appellatur, quasi patrum dixeris aut ver-naculum. His autem omnibus aduersantur σωγέδες, id est qui sparsim priuatimqz prehendunt, ægros discrepāter fatigantes, neqz sūm cōm modum constantes. Sed quidnam est quod ab Hippocrate dicitur? Sed morbi, & σωγέδες, & similes fuerint. Nempe contrarium dicēdum fuit. Et non similes eos inter se esse: si vtique aliquid morborum similitudine & endemium, & epidemū, & pestiferum iudicari debuit. Duorum igitur alterum, vel meliorem hanc scriptionem existima-re oportet. Sed morbi & σωγέδες, & nō similes fuerint, vel similes eos dicere opportuit nō in-ter se, sed morbis antedictis, id est consuetis: quoniam rarius quidem tum epidemij tum pestiferi fiunt: vocati vero sporadici frequenter. De quibus & hoc in loco agetur: veluti de epidemijs in li-bro epidemiiorum morborum; & de endemij in libro de aquis, aere, & locis. Nullum autem pecu-liarem de peste cōfecit librum, quoniam ex epidemijs vnum esse illam per libros epidemiiorum demonst̄ravit.

10. Idiotæ uero non admodum cognoscunt eos qui in huīsmodiſ ab his differunt, qui rem propius sunt cōtemplati.

† Aliis p̄stant. Idiotas ait non omnino cognoscere medicos eos qui, quantum ad huīsmodi morbos attinet,

C {ab his differunt qui propius rem attigisse videtur.} Quod autem acutos dicat palam est † de qui bus ante sermonem fecit.

11. Aliaqz auxilia magis laudant, utiuperantqz.

Neqz cōuenientes, neqz laudabiles curatiōes dignoscere ait idiotas, sed alias magis. Quo fit vt illi nequaquam recte laudent culpent'ue. Deinceps tanquam eorum quæ dixit demōstrationem adiiciens, hæc scribit.

12. Magnū aut rei argumentum q̄ uulgus morbos hmōi sanationēqz, utpote inde planè ignoret, est hoc, nēpe qui me-dici nō sunt, medici esse ob huīscemodi morbos uidetur. facile siquidē noīa discūtur quæ apud ægros usui esse exquisita sunt. Si enim quispiā ptissimæ tremorē, uinūqz, tale uel tale, & melicratū noīauerit, referre oīa eadē medici tū boni tū mali plebejū hmōi uidentur. Sed res ipsa secus habet. Nēpe hi quantū ad hæc attinet supra modū inter se differunt.

D Quod materijs hmōi eorū q̄ ad victus rationē spectant, medici vtātur tum boni tū mali, ob id quisnā melior sit, dignoscere nequeūt idiotæ: utpote q̄ discernere non possint quinā tēpestiue & debito mō præsidiorum materias ægris administrent: & quinam citra hæc. Hippocrates autem vbi impræsentiarum secūdū præfiniuit proœmium, à præsenti oratione consequētia exorditū.

13. Digna autem scribi mihi maxime uidentur, quæ quanqz medicis utilia existant: tamen ignorantur: quæ inquam in-fignes profectus, & insignes offensas affentur. Quæ autem ignorantur, hæc sunt. Cur in acutis morbis medici quidam ptissimæ non colatas perpetuo exhibeant, & recte curare sese existimant. alijs omnino contendant, hordeum ut nullum æger uoret, subsecuturam inde quæ insignis sit offensam ueriti: sed tremorem linteo colatum porrigan. Alij uero neque crassam ptissimam, neque tremorem exhibeant: atque ex his quidam quoad æger ad septimam usque peruenient diē, alijs perpetuo donec morbus indicatus fuerit.

Logicā magis speculationē sapere videāt quod ab Hippocrate in qōne disceptationēqz ponit: cū & sine hmōi speculationibus recte sanare queamus. Nēpe morbos recte sanare inest medicis ex faciendorū cognitione, & non ex inuestigatione causæ, ob quā sunt contouersi qui varias in hmōi morbis scripserunt curationes. Est vero sūm veritatem id nō cōmodissimum modo, verum quoqz & oīum primū, atqz quæsitu necessariū, vt pcedente exponā sermone. q̄ enim qōne dignū sit, quod pponit, & quo soluat modo, ante percurrere est melius. Quod igitur qōne dignum sit, hinc disces. Nā de philosophorū contouersia nullā habemus, quæ euīdēs sit, coniecturam. Neqz enim

cinaqz in Gal. t. epid. i. l. 1.
3. fol. 101. E. ubi, lessimile
legia, cornarius ē, et
similes, ueriss. quam le
tionem meliorem esse inq
gal. in cōm.

Vit vñz. et morb. uil
cōm. 3. Supt. tex. 20

Gal. in lib. Hipp. de vict. rat.

enim si genitus mundus sit, neq; si interitus conscientius, neq; si extra ipsum inane non sit, neq; si infinitus, neq; si solus unus sit, neq; si plures, neq; quot numero si plures, neq; horum multitudo incomprehensibilis sit, aut infinita, manifeste coniectari potest. Ad hunc sane modum & de alijs multis quae in philosophia queruntur, nonnulla quidem iudicare prorsus nequiuimus, alia vero non sine magna contemplatione. Verum de ipsis quae ergo iuvant, vel ledunt non similiter est. Nēpe etiā ad ipsa inuenienda longo opus sit tpe, viroq; à multis discrepante, q̄ tñ sese reperisse quidā faciat, ea facilē habere iudicationem videbuntur. Nēpe si ergo quidem adhibita præsidū attulerint, laude oportet atq; agnoscerē: si vero detrimento fuerint, vitare atq; repellere. Quae vero nihil auxiliū vel offensae effatu dignum præstiterint, in neutrī ratione cōsiderē cōuenit. Sed sane medicos ab eidētē offendentibus abhorre oportet. Si ergo { parum exuperatibus } insistant qui quouis modo ab initio sunt opinati, nihil mirum videri debet. In his vero quae admodum recesserunt, atq; usque adeo ut à quibusdam laudentur, ab alijs culpētur, admirari quispiam eos poterit, qui valde offendētia extollunt, veleos q̄ vere iuvantia vituperant. Id sane est quod Hippocrates particulari uno exemplo proponit. Dicū aūt & id nec secus ipsius solutio ab Erasistrato in primo libro de febribus, paucisq; & eidētē, utpote qui Hippocrate planē est secutus. Per currēns etenim in libro præfato medicos tum eos qui aduersissimum febrentibus victūm præscribunt, tum eos qui longis inedijs ergos ipsos conficiunt, atque Petronam ipsum, qui tum carnes, tum vinum exhibebat: in textura sermonis hoc infert pacto. In multis igit̄ valde magnis plagiis decidebant, si aūt febrentes oēs ex tali curationis modo male liberabantur, qui ita curabant, à curatione desistebant. Sed ut videtur non febribus oībus opem fertis sanationis modus. Laudādi igit̄ cum Erasistratus, tum alijs qui quæstionem hanc proposuerunt, & solutionē eius scripserunt, laudandus quoq; & qui præ ceteris eam proposuit. Sciueris præterea & eam nō magis de acutis morbis, q̄ de alijs omnibus proponi soluiq;. Nempe responsio de oībus cōis est. Non enī in acutorum modo, verum quoq; & morborum aliorum curatione controuersi fuerunt medici, atq; ob id longo tpe sua in { cibi exhibendi } regula permanent, q̄ non nullos ab ea eidētē iuvari vident. In ceteris aūt qui nihil inde auxiliū recipiunt, cito quidem & ergos occulte aliquid deliquesce suspicantur, quanq; id non sit, sed qd' retulit Hippocrates in libro de fracturis: vbi agens de his qui fracturas cum vulneribus perperam ligant, atq; ob id laedunt, ait: Non enim deligatio nem causam esse existimant, sed aliud quoddam infortunium. Sic & eos in victus ratione opinari par est. Quod autem præsentē in oratione recensuit Hippocrates, id palam est, vbi quis eam secum cogitans bis & ter legerit. Nempe ex particulari exemplo cōmunem doceri sermonem cōperiet, quem & vniuersalem vocare consueuerunt, non Philosophi modo, verum quoq; & propere omnes Logicę artis nō imperiti. Erasistratus ergo aduersissimarum meminit victus rationū. Hippocrates vero relictis monstrosis alienisq; ad moderationes se contulit. Monstrosae etenim aliena q̄ vere sunt, tum quae per inediām sunt summam, tum quae per repletionem immoderatam, qua vtebatur Petronas. Moderatae vero quarum meminit Hippocrates i acutis morbis, ab insignibus exhibentur medicis. Quidam enim hordeacea ptisanam in his administrat, alijs cetero duntaxat, alijs ne hunc quidem in acutis morbis ante iudicationem, sed tempore interaccidente solos exhibent potus, aquam meliceratumq;, & si opus sit, oxymeli. Cōtrouersiae igit̄ causa est quam Hippocrates ipse in sequentibus exequetur, & quam ab Erasistrato in primo de febribus bene enunciari asserebam. Est autem ea quod aliqui solo ptisanæ cremore indigent, alijs hordeacea ptisanæ, & alijs horum neutro, sed potibus solis ad iudicationem usque feliciter seruantur. Demonstrabit autem in sequentibus quinam hordeacea indigent ptisanæ, & qui solo ptisanæ cremore, & qui neutro horum.

Sane quæstiones huiusmodi proponere medici non consueuerunt: neque forsitan proponantur, soluuntur.

Quod primus Hippocrates quæstionem hanc proposuerit, solueritq; ex hac notum euadit dictio. Nec enim, inquit, tales quæstiones proponi à medicis consueuerunt. Quod si & eas quis fortassis proposuerit, solutio non reperietur.

Calumniam uero usque adeo grauem patitur apud uulgum ars tota, ut nullo pacto medicina esse uideatur.

Hac quoq; in oratione ex particulari exemplo rem quandam vniuersalem docet. Nempe in primis qualēcunq; ingredientium exercitationem controuersia, iustam ignoratiæ suspicionem ostendit. Secundo concordia ipsa, iustam magnamq; cognitionis spem demonstrat. quod nimis mathematicis disciplinis valde contulit. Neq; enim discipulos solum alliciunt, credulosq; redidunt, verum quoq; & apud idiotas sese verissimas existimandas præstant. Mathematicis igit̄ demonstrationibus usos ait, qui eidētē quippiam & citra quāuis ambiguitatem demonstraverunt. Sed controuersię rationem diligenter in sequenti oratione prosequitur.

Quapropter acutissimis in morbis usque adeo dissentunt inter se artifices, ut quae alter porrigit optima esse existimans, ea alter mala esse putet, atq; ferè ob id uaticinationi (quam græce μαρτινη uocant) ars ipsa similis esse uideatur. Augures siquidem alitem eandem si ad sinistram uolauerit, bonam faustumq; esse putant: si ad dextram, malam insu-

stamq;

14.

H

15.

* demonstratioibus

16.

E

F

G

H

I

J

K

L

M

N

O

P

Q

R

S

T

U

V

W

X

Y

Z

A Namq; talia quoq; in aruspicina (quam ἐρωσκοπίαι dicunt) uidentur, alia in alijs, sed naticinantium nonnulli contraria sentiunt. {dico autem speculationem hanc esse & pulcherrimam & germanam, propter quamplurima & commodissima quae in arte comperiantur.}

Martini appellavit Hippocrates, οἰωνισμὸν: ἐρωσκοπίαι vero, θυτικὴν à plerisq; appellatā, quā vere antiqui etiam alijs ἐρωσκοπίαι vocant, quod ἐρεῖα, id est hostias suspicientes, qui in ea scientia graues & præstantes sunt, ex ipsis ventura prænuncient. ἐρεῖα autē scimus appellari omnia quae dījs ad honorem exhibemus, quales sunt quae litanter victimæ, quarum exta inspicientes ἐρωσκότω, id est aruspices, prædicunt. Eos vero qui ex avium volatu augurantur, quos ιωνιστὲς & ιωνοσκότων, id est auspices appellant, nunc μάντεις, id est augures, appellauit Hippocrates. quāquam μάντεις nomen & μαντικὸς de omnibus quae ita prædicūt artibus proferatur. Nempe μάντεις vocantur, & ἐρωσκότων, & οἰωνιστῶν & qui appellantur γενεθλιακοὶ, & qui per notas & victimas, futura prædicunt, præterea & χρησμολόγοι, id est fatidici, & θεομέντεις, id est diuinivates. Sunt qui & οἱ εὐεργοτόλους, id est somniorum interpretes à poeta appellatos inter μάντεις, id est vaticinantes, collocant. Sed constat Hippocratem solos οἰωνιστὲς appellare μάντεις ut poeta appellauit. Nāis in plerisq; sui operis poetici partibus οἰωνισμὸν artem venturorum prænotionem esse demōstrat. Quo modo & in primo Iliados circa initia ait, ἀλλάγε διῆτιν μάντιν ἐρέομεν οὐδὲν, οὐδὲ οὐρανοπόλον, οὐδὲ γὰρ τὸν ὄντα ἐν διός ἐσι, id est, Consulamus itaq; augurem quempiam, aut aruspicem, aut somniorū interpretem. Nempe & ab Ioue ostenduntur inlomnia, ἐρῦνα quidem dicens, ἐρωσκόπον: ἐνδεστόλον vero qui circa somnia versatur, μάντιν autem οἰωνισμὸν, id est augurem auspicemq;. Sapienter enim in suo opere poetico huius meminit in maximis rebus, diuinandi etiam arte per alites usus. Sed forsitan hæc & quād decet plura de huius nominis μάντεις appellatione dicta à nobis sunt. atq; ob id ad quod dicitur transire iam est tempestuum. Quod enim ait Hippocrates, tale est. Qui diuinatorias artes præsequuntur in particularibus multis nihil minus quād medici discordant. Vidi equidem aliquando augures in volatibus ipsis quos dextros & sinistros memorauit Hippocrates, discordantes. Alter arabs erat, alter græcus, atq; ex Asia nostra. Arabs dicebat dextram alitem, laborantes mulieres seruare: sinistram viros. Qui vero ex Asia nostra erat, dextram alitem in virorum morbis apparentem, interrogantibus ipsis si seruaretur, astrarere interrogatum recensebat, sinistram vero denegare. Interrogabam igitur eos si quomodo cunctis volantem vel dextram, vel sinistram alitem pollere eadem significandi facultate dicerent, nihilq; differre

C putarēt, si aut celissima aut terrę propinquissima, aut media volaret. Et si media, an si propius vel celissimam, vel infimam, vel adhuc inter has medium. Parī modo & si auis vel propinqua vellōgängua volaret, an ne in his nulla foret distinctio. Arabs easnihi leaque vel in altitudinem vell longitudinem vel latitudinem esset distantia discrepare respondebat. Græcus vero de symmetro distinguebat, dextro & sinistro, asserebatq; ab auguribus hæc scripta esse, atq; immoderatas distancies moderatis contrarias, testesq; in eam rem libros Apolletis, Athenæi, Cheræmonis, Artemidori Phocæ, atq; aliorum multorum qui in augurandi arte clari essent, proferebat. Deprehendi proculdubio Arabem & confusum & à distinguendi arte alienum: Græcum vero distincte loqui & artificem esse. Nempe artis quæ suorum theorematum iudicium per experimenta habet, dissidentia ex distincta & indistincta rerum explicatione oritur. Quod ab Hippocrate edoctus græcum augurem in avium volatu artificiosum magis videri iudicauit: quippe qui & ex abundantia & celebratissimos augurum testes exhiberet, fide dignus magis erat. Cum vero Arabs plurimos ægrotantium quibus vera prædixerat, testes citaret, succedentis ut plurimum euēti subsecuti causam pronunciauit. Ne tipe si auis dextra moderate distans viros seruat, immoderate vero distans foeminas: sint autem plures quæ immoderate distent, una vero duntaxat quæ moderate: iure qui dem multis succederet ex animi sententia, paucis vero non succedit. Græcus autem alias adiiciebat distinctiones, quibus etsi dextra auis immoderate distaret, interdum tamē seruandum virum laborantem declararet. Nempe qui molle & muliebre studium exerceret, veluti & sacrificiū mulieris schemate seruari dicebat, rursumq; et id ab optimis scriptum esse auguribus demonstrabat. Adde quod & alias quasdam adiiciebat distinctiones, in quibus Arabs nihil intelligere videbat. Retuli hæc propter sequentem dictionem, quam nemo conuenienter exposuit, sicuti necq; eam quæ ante scripta est, ubi ait: Quæstiones sanè huiusmodi proponere non consueuerunt medici, necq; forsitan si proponantur solui reperiuntur. Nam cum inquit græce τοιεδε, latine huiusmodi. i. quæ ita dissident, quidam de ptissima sola perperam intellexerunt: alij autem paulo his melius de victu acutorum, alij de omni simpliciter victu, alij vero de curatione vniuersa prioribus quidem melius, sed neq; adhuc absolute. Causam autem totius dissidiij quæsiuit Hippocrates in oī arte que experimētis iudicari possit. Quod aut id ita habeat, manifeste per sequentē condiscē orationē.

17. Nempe & ægris omnibus ad sanitatem magnum quippiam potest, sanisq; ad securitatem, seseq; exercitantibus ad bonum habitum, atq; ad quod quilibet uoluerit.

Sermo præsens eos arguit, qui Hippocratem existimant præscriptam dictionem de ptissima sola

Gal. in lib. Hipp. de vict. rat.

sola proposuisse: eosq; qui de victus ratione siue acitorum morborum, siue simpliciter vniuersa factum id putant: pari modo & eos qui de curatione vniuersa problema esse existimauerunt. Nē pe prior oratio quae ita habet, Nempe & ægris omnibus ad sanitatem magnū quippā potest, eos arguit qui de ptissana, atq; alios qui de sola vel acitorum vel morborum aliorū victus ratione antecedentem orationem esse opinantur. Neq; enim ægri omnes à sola victus ratione curantur: cum multi sint, qui manū opera & medicamentorum administratione indigeant, adhuc vero magis neq; à ptissana sola. Neq; igitur de dieta sola acitorum, neq; de dieta simpliciter quae est in omnibus morbis, sermo Hippocrati existit, neq; de sola ea quae ex his oritur controversia: sed de omni simpliciter arte, quae experimentis tum discerni, tum iudicari nata sit. Qui etenim cōmune vniuersaleq; iudicandi instrumentum reperit, per id quae particularia sunt iudicat. Particulare autem vnum est & quod de ptissana medicis in cōtrouersiam venit: sicuti & quod de victus ratione non acitorū modo, verū quoq; & morborum aliorum: atq; et quod generalius est de curatione vniuersa: & quod adhuc hoc generalius vniuersaliusq; est de oī corporis prouidentia, & si sanorum ea fuerit. Nēpe & hi ea indigentarte, non quae ad consequēdam sanitatē præcepta tradat, sed præsentem conseruandam. Quod non pretermisit Hippocrates cū inquit, Sanisq; ad securitatē. Nēpe vt talis seruetur, securitate est opus. Utile quoq; ait esse speculationem & his qui exercitan tur ad habitum bonū. vt enim ægrorum curatio ea quae nunc ab Hippocrate proposita est speculatione indiget: sic & sanorum securitas, vt præsens sanitas conseruetur. Sic & sese exercitantium prouidētia vt bonum habitū cōsequant̄. Hæc igitur oīa artis quae circa corpus versatur, sunt. Sed quod serie cōtinuata dicitur, ad oēm extenditur arte. Quidnā etenim est quod ait, Et ad quod qui libet voluerit: Nēpe augur, aruspex, musicus, rhetor, & artifex oīs simpliciter causam eius quae in sua arte reperitur, controversia vnam esse existimat: eū scilicet vnuſquisq; ex particulari vniuersale facit. Ita sanè & in augurib⁹ factam cōtrouersiā deprehendi: eūq; qui versora loquereſ, iudi caui: atq; ob id augurum memini Arabis & Græci. Nempe artis omnis constitutio ex proprietate à cōmunitib⁹ distinctione oritur. Qui enim hæc distinguere potest, is optimus censemur artifex. Ut autem constitutio, sic & iudicatio in distinctione subsistentiam habet. Nempe falluntur q̄ artes constituunt, cum quod cuiquam contigit, id vel in oēs vel in plures q̄ oportet, extendunt. Qd̄ siquidem nulli prorsus contigit, nemo id in tali arte persuadet sibi verum esse. Nam ī hoc vere oritur controversia, cum vniuscuiusq; rem sibi persuadet, non circa illud quod assumitur cōfingiturq; contentio se litigans. quo modo nonnulli de quibusdam secus q̄ sentiebant, fecerunt, quo modo & qui proponunt ambiguū esse vtrū vigilamus dormimus' ue, aut sapimus insanimus' ue. Quid si manifestū esse id indulgeatur, vtrī sanè magis vera loquuntur, ancepis inquiunt esse, an q̄ vigilant his qui dormiunt, vel q̄ insanientes qui non insaniunt. Nullus si quidem qui sibi rem p̄suaserit, aut qui secum opinatus fuerit, ita sermones facit: sed qui contētiose litigat, secusq; q̄ sentiat facit. Quidam autē ī arte medicinali res nouas quidem sunt aggressi, cum rebus prioribus melius quippā inuenire nequierunt, sed vulgi affectionem, quam Hippocrates recensuit, intellexerunt. Nempe quod externum inusitatumq; est, & nondum si vtile est intellectū, laudant magis q̄ assuetum quod vtile esse est cognitum. Sūt qui ob victus suauissimi affirmationem persuadentes ægros alliciunt, dolī vafricāq; non ignari: sed id propter lucrī glorięq; cupiditatē, aggressiuntur. Dicta ergo ea quae verbis fit controversia, quam viri huiusmodi inter se habent, quē fīm rei veritatem est controversia: ea oritur quod enunciatio nō distinguatur, sed de pluribus quām oportet, vel omnibus tanquam similiter habentibus effertur. Atque ob id iuste laudādus venit Hippocrates, qui de sola fīm rei veritatem meminit controversia: quam qui artem cōstituere aliquam volunt patiuntur, cum secum suaq; in anima differenter opinantur, & non verbis subdole simulatis id agunt ob gloriæ vel lucrī cupiditatē. Nullus enim qui animi consilia vere per experientia iudicat, Petrone victus rationem recipiet, carnes assas administrans, vinumq; nigrum in his qui acuta laborant febre, neq; in tant: iti ita temperans, vt cotulæ aquæ vigesimam porrigat partem. Talia siquidem diætemata absurdā sunt: duorumq; alterum existit: Nempe aut q̄ extera sunt, vafris ab hominibus exercitantur paranturq;: aut summam pp̄ stupiditatē id agunt, si plāne soli veritatem reperiisse existimauerint. Quae vero ab Hippocrate scripta sunt, ea in prudentibus viris, qui vere artem constitutere student, reperi possunt, cum non maxima sit lælio, quādo quibus non oportet offeruntur. Talia igitur distinctū difficilem habent eam quae experimentis conficitur iudicationem: quae autem valde differunt, facilem. Controversiam igitur in his quē parum inter se exuperant, iudicare, & quibusnam ptissana sola exhibēda in acutis morbis sit, et quibus hordeacea, & quibus nullo pacto id faciendum sit, sed potus solus ad iudicationem vsc̄ porrigendus sit, demonstrare, Hippocratis intelligentia est dignum.

Ptissana igitur frumentaccis gustamentis recte præferri mihi uidetur in acutis morbis, eosq; qui eā pretulerunt, laudo. Nēpe uiscositas eius lēuis, cōtinua, iucūda, lubrica, & mediocriter humēs, sitim minime iferit: & siquid ablui eget {p̄be abluit.} nō astrigit, nō male turbat, neq; ī uētre tumescit. Nēpe inter coquendū quo ad maxime potuit itumuit.

Orationem hanc tantummodo legisse mihi videntur qui librū hunc de ptissana inscriperunt,
veluti

* In antiquis loco dictio nis εὐέκπλαυτον legitur εὐέκπι τον, et sic in cō mē. vt sit inter p̄tādū, et si qd excerni facile ipsa excernit.

* Vox hec εὐη στις quā iterps mō coctiōem,

18. mō decoctio: nē, mō coctu ram vertit, ab aliis elixatio fī delius vertit,

- A** veluti proœmij partem primam qui aduersus gñdias sententias titulum fecerunt. Nam Hippocrates in secunda proœmij parte non amplius contra gñdios medicos agere: sed sese ad curationis acutorum morborum exercitationem conuertere est visus. Tertia autem proœmij pars quā hucusq; percurrit, ad eam quæ victum morbis acutis præscribit, artem spectat. Neq; tñ ad eam solam est accōmoda, verum quoq; & alteri, qui vniuersalior sit, subiecta est sermoni. Demonstrauimus aut in his quos in scripta de fracturis articulisq; parauimus cōmentarijs, Hippocrate subiectos specialesq; sermones, pro alijs quibusdam vniuersalioribus obsignare consueuisse: doctrinamq; vniuersalium ex ipsis, quæ tanq; exempla constituit, efficere. Neq; enim ita ab istituto recedit, neq; saepius præcipit quod multorum cōmune existit. Quo aut modo in ptissana sermonē fecit, causam eius quæ de ipsa est contentionis tum vestigans tum decernens, sic & de omni acutorum morborum victu rectam tulit sententiam. Nam & de venæ sectione & purgatione, & tū glādis tum clysteris vsu: de cataplasmati item, fōtibus, vīno, aqua mulsa, oxymelite & balneo, nō parua inter medicos exorta est cōtrouersia. Quæ omnia libro in hoc percurrit Hippocrates methodo vna quam nuper dixi. vīm cuius etiam nouisse vīsi sunt, qui se empiricos nominauerunt, diorismis. i. distinctionibus propria à cōibus separantes. Consueuerunt autem diastolas magis q;
- B** diorismos appellare sermones eos, qui quod proprium est, à cōmuni separant distinguūtq;. Nam ergo quæ ab Hippocrate de ptissana dicuntur, videamus. Videntur ergo mihi (inquit) priores medici frumentaceis gustamētis prætulisse in acutis morbis ptissanam. Frumentacea gustamenta intelligit quæ ex frumento fiunt, frumentum aut græce σίτον homines appellāt, maxime quidem triticum, sed iam tum hordeum ipsum, tū zeam σίτον appellant. Appellationem vero ad plura extendentes, δημήτρια quoq; i. cerealia appellata semina connumerant, lentem videlicet, fabā, lupīnum, cicerculam, panicum, milium, pīsum, fōenum græcum, auenam, tīphā, cicera, & quæcūque id genus alia. Horum igitur omnium frumentaceorum gustamentorum, cætera quidē vulgo damnantur, q; protinus magnum inferant detrimentum. Panis aut vīnus, & chondrus in acutis administrantur morbis. & cum his solis ptissana est cōferenda. Lens siquidē, & milium, & fōenum græcum tanquam medicamenta ob quosdam ventris morbos exhibentur, & non tanq; nūtritura cibaria. Ptissanam igitur recte prælatam esse ait frumentacijs edulijs, pani scilicet, chōdro, & zēæ, ex qua fit tragus appellatus. Nēpe eorum qui chondrum tūpībus Hippocratis nondū suis se existimant, ignorantiam argues tum ex quibusdam antiquis comicis qui chondri meminerūt, tum etiam ex Hippocrate ipso, qui in libro de victu salubri de chondro ipso mētionem fecit. Nā
- C** et si liber ille Hippocratis non sit, sed vel Euriphontis, vel Phaontis, vel Philistionis, vel Aristonis, vel alterius cuiuspiā ex antiquis (nempe ad multos librum hunc referunt) sanè omnes hīveres vīti sunt, atq; ex eis quidam & Hippocrate antiquiores, alij vero tempore ipsius vixerunt. Loquor autem de Hippocrate Heraclidae filio, qui librum hunc confecit. Nam auus ipsius Gno fidici filius Hippocrates, quorundam iudicio nihil omnino scripsit, aliorum vero sententia duos scripsit de fracturis, & articulis. Quare autem ptissana frumentacea edulijs non perperam ante posita sit, demonstrabitur per ea q; ipse infert inquiens. Quæcunq; etenim ad acutorū morborū sanationem insunt bona, nulli alteri inesse compieries. Recte autem iudicabis, si & acutorū morborū naturam, & ptissanæ vires cognoueris. Natura igitur acutorum morborū est, vt ipse pauioante dixit, vt horum febres omnino sint cōtinuae febris vero ortus, caloris natuia ad igneum est conuersio, vt alibi demonstrauit, & nunc manifestabit inquiens, ex thorace quidem incipere, ad caput vero flammā mittere. Præterea in libris vulgarium morborum, febrem magnam, ignē vōcare consuevit: quasi non aliam habeat naturam præter quām ignis substantiam. Si igitur contraria contrariorum remedia existant, sanè febris peculiare remedium vt virtute tum refrigerante, tum humectante sit, oportet. Id nanque febris naturæ, quæ & calida & sicca est, contrarium erit.
- D** Talis siquidem naturæ est ignis. Præterea cum febres & ex humorum putredine oriant, non parvam diligentiam adhibere oportet, vt quicquid ex ipsis concoqui possit, concoquatur: & quod iam exustum sit, neque amplius concoqui possit, euacuetur. Quòd si febrentibus ipsis cibis vīsus sit, qui hæc efficere queat, si etiam facile tum coquitur, tum distribuitur, iam omnia hec quibus est opus, habuerit. Quenam igitur sit ptissanæ virtus, ex Hippocrate audiamus. Viscositas, inquit, lœuis est. Lœue, exasperanti opponitur. Exasperant autem acria, acida, & astringentia. Acria sanè omnia calfaciunt, vt eruum, fōenum græcum. Acidorum cætera quidem dimittere oportet: de oxymelite vero est duntaxat agendum. Dimittantur parimodo ex astringentibus pīra agrestia, & mespila, & quæcunque huiusmodi, atque ex frumentacea lens & similia. Exasperantium igitur malitiā ptissana effugit, vt pote quæ leuorem non tactu solum, verum quoq; & facultate habeat. Est item & viscositas eius continua. Et siquidem in omni parte sibi ipsi similis propter exactam coniunctionem. † quod zēæ nullo inest pacto. Laudatur præterea non parum quod in ptissana iucundum & mite existit, quod immitti iniucundoq; opponitur, id est, quod dum sumitur, insuavitatem quandam facit. Sicut denique & panis insuavis est, dum sumitur, nisi abunde ipsum maceraueris madeficerisq;. Immo & ita superatur ab ea quæ in ptissana est iucunditate, quæ mandi non indigeat, sed potuum instar sorberi possit. Neque paruae est conditionis

† In antiquis cod. legitur.
σπερ ων χ. υ.
πάρχει τοις
λοιποῖς ζεῖ
μεσοῖς. i. quod
non inest reli
quis iuribus.

Gal.in lib.Hipp.de viet. rat.

conditionis ptissanae lubricitas, præsertim tremoris. Pertransit enim thoracē, in nulla ipsius parte quippiam, dum transit, relinquent, veluti faciunt quae in meatibus infarcta adeo obstruant, ut vix absolui possint, quod accidit viscosis ferè omnibus excepta ptissana. Hinc sanè quae ex chondro fit sorbitio, quod quidem viscosum sit, habet: sed lubrico est destituta. Ptissane autem inest & lubricum & detergens. Quapropter medici ad detergendum eum qui in vêtre infarctus est humorem, vomitibus exhibito ptissanę tremore veluti & aqua multa, vtuntur. Crudam quoq; contentant ptissanā puerorū mangones, faciesq; vt vitiosos cutis exterant colores, illinunt. Quod aut ēa deteriorum existit, id & ad deiectionē est idoneum, distributionēq; præsertim vbi ex sima hepatis ad gibbā transmeare debeat quae distribuit alimonias. Hic etenim infaciunt quae crassi succi sunt, & que tenaciter collae modo adhaerent. Atq; ob id chondrus non in affectis iecinore solum maxime nocet: verū quoq; & in his qui viscus hoc nullo qdem pacto læsum, sed cum meatū angustia naturaliter afformati habent. Qui igitur ita natura affecti sunt, ipsis tum tenacia tum crassi luci oīa infaciuntur, atq; oppalent. atq; ob id gravitatem in eo viscere sentiunt, cū hēc distribuitur. Præterea ptissanae viscositas humens est: sed non vehementer, vt aqua & melicratum, sorbitio item ex chondro, & ea que sorbentur ora. Nēpe ea cīa stomachum languentibus ipsis ita manifeste supinant, vt subuersum ipsum esse existiment. Verum ptissana humectare quidē valet: sed stomachum subuertere non potest. Stomachum aut hoc in loco intelligere oportet, vt huiuscē tempore homines dicere consueverunt, non meatū tantummodo, verum quoq; & os ventriculi. Cum igitur id imbecillum fuerit, atq; exolutum, manet diutius in eo quod ingestū est supernatans. Sed contrarium visu enire natū est, tū vbi à cibo aliquo boni succi reductum, & quod cōtinetur expellit. Nempe humor protinus ab ipso recedit, & coquitur, atq; quod ita expulsum est deiçitur. Sicuti si crudū manet, tardeq; cedit quod in ore ventris supernatat. Nempe partis huius munus est appetere, non concoquere. Que igitur astringunt edulia, vt ventriculi hos roborat, sic & plus iusto exiccant. Parī modo & quae ex chondro paratur sorbitio, vt humectat, ita & supinare nata est. Ptissana igitur humectatiū vim assecuta, malitiā effugit. Deinceps ptissanā sitim minime inferre ait Hippocrates, maximū quippiam & hoc esse in his qui corpus tum exurunt tum siccant morbis testatus. Hac sanè occasiōe ptissana q̄ aqua multa longe melior existit, quamquam abluēdi bonitatē quam deinceps huic inesse ait, similiter aquae multae nacta fuerit. Imo si ptissanam aquae multae comparaueris, ptissanam ipsam in acutis morbis & superiore & melioris conditionis esse reperies, quod pcedente ostēdam sermone. Nā de ptissana sermonē absoluere est tēpestium.

^{* probē} Proinde siquidem abluere dixit cum adiectionē. Siquid abluī egeat, quasi nō in oībus acutis morbis probē abluente vt amur edulio. Nēpe cetera oīa quae de ptissana dicuntur bona, morbis oīo prosunt acutis: sed abluendi bonitas, quibus ventrē subducī volumus, vbi cibus in via moratur, ē idonea. Probe igitur abluere febrili affectioni neq; tanq; cōtrarium, neq; tanq; familiare auxiliū vnum vtile existit: sed bene tanq; symptomatis alicuius emendatorium correctoriūq;. Deinceps inquit, Neq; astringit, neq; male turbat. viscositas scilicet ptissanæ, sic etenim sermonem de ea inchoauit. Non astringere aut quibusdam maxime bonum existit. Nemo siquidem astringentibus vtitur cibis, nisi vel pp symptomā quod animi deliquium inducat, vel pp immoderatum ventris profluuium. Cogunt siquidē constringuntq; corpora, viasq; tum distributionis, tum alimoniae, tum eius quae foras fit perspirationis conniuere faciunt. quas reclusas apertasq; esse conducit. Quod aut non turbet, i. nullam dum concoquitor faciat perturbationē, in laudem & ipsum præstat ptissanæ. Perturbatio autem huiusmodi ex multis paritur edulij: his quidem ventrem mordentibus, alijs vero inflantibus, alijs item quae pugnantibus facultate partibus constant: quod tū in lenticula, tum in brassica reperitur. Nempe solidum ipsarum corpus ventrem cohibet, ius aut ipsum proritat, subducitq;. Sic & qui cerebrum cum oleo & garo cōdīunt totum ex ipsis tum disimilare, tum sibi ipsi pugnās efficiunt: cerebro quidem stabili & tarde meante, mistis vero ipsis ad deiectionem excitare idoneis. Parī modo & de ouo dicendum, siue cum melle, siue cum sale, siue cum garo assumatur. Nempe quod ex ipsis constat, differētes habet facultates. Iura item ferē oīa. Quapropter & circa sermonis initia viscositatem ptissanæ laudans inquit, continua, quod sanè cītra totius in partibus omnibus similitudinem nō fit. Verum in presentia huic verbo / turbat adiecit hoc aduerbium / male / (sic græce οὐ τε ἔραδον κακόν) ptissanam nō turbare haudquaquā simpliciter asserens, sed / male / adiiciens. Nihil enim ciborum concoctioni q̄ hoc ipsum aduersat magis. Quo fit vt qui de concoctione scriperunt, ciborum varietatem, præsertimq; vbi varijs continent facultatibus, nocentissimam dixerint, vtpote quae ingesta ipsa probe concoqui prohiberet. Observant id maxime tum qui luctantur, tum qui legitime certant. Prādio siquidem panē dunt taxat edunt, in coena vero carnē. Plura de his enūciarem, nisi scirem te inuenire ipsa posse, qui ex his quae de concoctione in cōmētarijs de facultatibus naturalibus dicunt sis instructus. Cōmentarios autem huiusmodi si neglexeris, frustra in his versaris. Quapropter de perturbatione huiusmodi supersedens, ad omnium vltimum me transferā, q̄ ab Hippocrate de ptissana adhuc loquēte dicit, Neq; in ventre tumescit. Nēpe multos ptissanā q̄ flatuosa esset dānates, haudquaq; ignotās, non abs re adiecit. Nam inter coquēdū quoad maxime potuit, intumuit. Qua sanè adiectionē crimen,

E

^{t Cod. impres}
fi habent, vbi
a cibo aliquo
caco stomacho
subuersū: ma-
nuscripti hāt,
vbi a cibo ali-
quo eustoma-
cho subuersū.
vetus trālatio
hēt. Sed qñ cō-
fortat p quo-
dā cibos cōfor-
tatuos conue-
nientes stoma-
cho &c. quām
lectionē fecit
et est interpres
noſter.

G

* Aī vna cum.

H

^{sit p. & alio. facula. cap. p.}
^{ex lib. 2. cap. 4. q. 22}
^{et simpl. med. facula. cap. 15}

^{lit. b. & san. su. cap. 15}

A crimen, controversiamq; simul & purgationem significavit, elixationēq; edocuit. Scribit quædā & nihilominus de coctione in sequentibus: sed in presentia tantillum hoc sermoni de ptissana adiūciam. Ptissanā si plurimū coxeris, cibū haudquaq; flatuosum efficies. Etnos aut fabaceum (ita Græci dīcunt) neq; si tribus coxeris diebus, flatu viduum orbatumq; reddideris. Nēpe ex propria substantia quod flatuosum est, habet, nō aut ob diminutam coctionem, veluti ptissana. Sunt qui ab ipsius coctione ocyus recedere consueuerunt, potissimumq; diuitum coqui. Terū liquidem crudam eam, atque deinde parum calfaciunt. Non enim coctam dominis offerūt. Sed de coctione ptissanę vt dixi rursum dīcetur. Nūc autem posteaquam vires ipsius demonstrauit, deinceps v̄sus distinctiones docebit, ad quem & ego me conferam, vbi me in sequentibus absoluturū sermonem de ptissanę ad aquam mulsam & alia, comparatione, præmonuero.

^{19.} ^{+ In antiquo additur ἀληθινοῦ.} Qui aut in huiusmodi morbis ptissana utetur, ne uno quidem die uasa, ut ita dicam, inaniri permittat, sed ab usu eius nequaquam desistat, nisi vel propter medicamentum vel clysterem, eum desistere opus sit.

Soluere hoc in loco incipit quod quæritur. Sed quoniam dictionem ipsam non exacte interpretatus sit, ob id obscurum ambiguumq; reddidit sermonē. Quapropter ut quoniam maxime

B expositus modo nihil obscuritatis habeat, referre conabor. sermonemq; ab initio hoc repetā p̄acto. Quenam est causa discordiae cur in acutis morbis alij quidem ptissana hordeacea vtantur, alij solo ptissanę cremore, alij ne hoc quidem ad morbi vscq; iudicatiōem: hoc sanè est problema. Sed solutionē deinceps audi. Qui acutis laborant morbis, alij quidē à cremore solo, alij à ptissana ipsa, alij ab horum neutrō iuuātur. Sed sanè immodestius de omnibus morbo acuto laborantibus tulit medicorum vnuſquisq; sententiam, nō considerata ea quæ in omnibus esse debuit experīētia. Sed distinguam ego, demonstraboq; quinam à ptissana iuantur, quinā à cremore solo, & quinā neutro indigeant. Tota igitur ptissana vti debet ex acuto morbo laboratibus, qui neq; alio quopiam ante vtūtūr remedio, quale vel per sectam venam, vel ventrīs subductionem, vel quippiā simile fieri solet, neq; ēt eis ilīt quod periculum minetur symptomā. Cremore aut, qui aliquid tū fallacius, tum periculi magis particeps habent. Quos vero vel sanguinis missione, vel purgatiōe vacuare expedit, vel etiam dolores sedare: his nō ante vel ptissanam, vel cremorem dabīs, quām quippiam eorum quæ dixi feceris. Sanè hæc Hippocrate p̄scripsisse oportuit, & ab uno quoq; singularium incepisse: atq; hoc pacto futurum sermonē obscuritate omni viduum priuatumq; fessile. Verum quoniam id nō fecit, non absq; causa obscurus abiecto conueniente ordine est effec̄tus.

^{παραγράφοις} **C** Nos aut dictiones ipsius secuti, reducamus vñāquanc; ad ea quæ ante dicta sunt capita. atq; in primis diligentia adhibita p̄äsentem exponamus dictionem. Quare me {latius explicantē} Hippocratis dictionē, simulq; & verba aliqua gratia perspicuitatis adiūcientē audito. Qui igitur ægrotantes ptissana in his morbis reficit (dicam autem paulopost quinam ea vtantur) ijs quidem nulla die uasa inaniri (vt ita dicā) permittat, nisi desistere debeat vel propter medicamentum vel propter clysterem. His ergo si bis dederis, cum opus habuerint, bene facies, atq; quātum corporis tolerat virtus. Explico aūt tibi scopos, quibus attentus vel per vētrē vel per venas ipsos euacuabis, aut fotibus cataplasmati ue vteris. Quos si p̄adixisset, deinde vnumquenq; seriatim resumens conuenienti exposuisset ordine: non obscurus fuisset sermo ipsius. Nunc autem quod interrepit, interlabiturq; semper, ad finem vscq; persequi cupiens, vbi sermonem nō parum suspe sum esse voluit, iure obscurum fecit. Vera aut me loqui deprehēdes, si dictiones singulas omnes claras manifestasq; inuenieris: orationem vero totam incompositam, & ob id obscuram.

^{20.} Proinde qui bis die cibari consueuerūt, bis ptissanam dare oportet: qui semel, semel quidem primo die detur: deinde ēk προσαγωγῆς, id est sensim paulatimq;, si fieri potest, bis quoque detur siquid adiūciendum.

D Bis cibandos ipsos inquit qui bis cibari consueuerūt, cum vero necessitas fuerit eis, qui semel cibari consueuerūt, bis assūmendi cibum: ptissanam bis dabīs, ab ipso quidem semel incipiēs, sed paulatim ad bis ipsum procedens. nēpe ēk προσαγωγῆς, id est sensim, id declarat. Fitq; res hoc p̄acto. Semel quidem dabīs, quod satis sit: sed minimum sit quod secundo exhibeas. Deinde paulatim augebis: idq; efficies donec ambas æquari alimonias continget. Sed nondum sermonis hius fides huic patet qui librum hunc Hippocratis legit, q; neq; ab ipso est p̄æmonstratum quinā sint qui commode ptissana vtantur. Verum vbi mediocriter ægrotantes ab ipso ita cibari p̄adixero, paulopost & Hippocratem ipsum velle id demonstrabo. Atq; hæc tibi sit p̄æsentis huius dictionis expositio. Sunt autem pleriq; qui dictionem hoc scribant p̄acto. Qui semel cibari consueuerunt, semel quidem prima die dandum sensim paulatimq;, quod si fieri potest, bis quoque detur siquid adiūciendum putes: Sed mente caret dictio hæc. Nam, quod prima detur die sensim paulatimq;, fieri non potest, cum sensim ipsum pluribus ingestionibus fieri natum sit: non semel neq; statim in prima.

^{† Ex antiquis græcis ita legē dum, Verū, cū paulo superius medio critere ægrotantes ab ipso ita cibari p̄adixere, paulo post &c.} 21. Verum inter initia neq; multam, neq; crassam admodum dare oportet: sed quantum ēt ob consuetudinem, ēt ne multa uasorum inanitio fiat, ingerere conuenit.

Qui

Gal. in lib. Hipp. de viat. rat.

Qui Hippocratem replere egrotantes afferunt, q̄ his qui citra periculum agunt, bis quotidie ptissanam dare iubeat, si quod in dictione retulit, considerarent, seipso condēnarent. Tantum si quidem sorbitonis dari præcipit, quantum alimoniae corpori & ob consuetudinem, & non multa fiat vacatio, administrari conuenit. Si igitur ptissanę oxybaphum, (id est cotulę quartam partem) quæ quotidie ad septimam vscq; vel nonam diem exhibetur, minoris esse facultatis, quā id quo alunt nutrimentum faterentur, mea sententia à nūgis sese cohibuissent. Sed paulo post id declarabo, atq; in præsentia verbum hoc inter initia quod Græci dicit κατ' αρχας, exponam. Neq; enim mōrbī principium id significat. Sed ex eo generalius adhuc audi significatum. Nempe cū egrotans p̄m̄ ptissana egere videbitur, tunc protinus neq; multam, neq; admodum crassam dato. A multa siqdē & subita tum repletione, tum vacuatione semper abstinuit Hippocrates.

Verum dandæ sorbitonis quantitas augenda hoc obseruabitur p̄acto. Nempe si morbus siccior, quā ut quispiam existimet, fuerit, non multum dare oportet: sed ante sorbitonem, vel mulsam, vel vinum, utrum magis auxiliaturum putaueris, propinare conuenit, quod autem modis singulis iuuare possit, dicetur.

*at cū in lib. et ptissana
cap. ultimo. 2. fo. 42.* Morbus siccior varijs dignoscitur modis, quanquam vniuersalem cōmunemq; rationem habent eandem. Peripneumonia quidem, & pleuritis atq; omnino qui tum pulmonem, tum asperam arteriam infestant morbi, cum nihil ab affectionis expuit partibus, iecoris vero, vel mesatræ, vel ventris, vel lejuni, vel intestinorum, velliens, vbi alius prorsus cohibita sit, aut p necessitate excernat tum siccata, tum dura, & in sese conuoluta spirasq; referentia excrementa. Morbi siccii tum arteriarum tum venarum dignoscuntur linguae siccitate, & ea quæ totum corpus occupat ariditatem. Plegmonē pari modo fiunt siccæ in his quæ tum foris tum conspicue apparent viceribus, vbi scilicet nulla ex ipsis sanies effluat. Sèpius & in oculis phlegmonē etiam siccæ oriuntur nihil excernentes. Cerebri præterea ægritudines quæ neq; per nares neq; per palatum expurgantur, iure optimo siccæ dicuntur. Et sane superfluitatum nihil excernere, siccorum oīum morborum notam esse non ignoras. Non immerito igitur Hippocrates humectantium aliquidante ptissanam assumi iubet, vt vel aquam mulsam, vel vinum, tanquam hēc q; aqua magis humectet. Sed quoniā vires ipsorum sese enarraturum pollicetur, ob id & nos eorum quæ ad aquam est comparationem, in eam differemus libri partem quæ horum vires edocet.

At si os madefiat, & quæ à pulmone expuuntur, talia sint qualia esse oportet, sorbitonis quantitatem, & ut dicam summam, augere conuenit. Nempe quæ ciuius magisq; madescunt, iudicationis denuntiant celeritatem, quæ uero tardius minusq; tardiorē significant iudicationem.

aph. ii. A morborum siccorum genere ad eos qui contrario pugnant modo cōuersus: deinde memorato citra omnium adiectionem vno, narrationem eius cōmune omnium eiusdem generis exemplum ratus, nō absq; causa obscuritate fecit. Nēpe os madescere, & talia à pulmone expui qualia oportet, morbi non simpliciter sunt humidi notæ, qui omnino i omni sit corporis parte: sed cum cuiuspiam eorum quæ respirationi subseruiunt, instrumentorum affectione. Ob eam rem, vt dixi, dictio Hippocratis obscurior est redditia. Sed quod ab eo enuntiatur, verum oīo ē: q; scilicet quæ per sputa qualia esse portet, excreta expurgantur, celeriter iudicantur. Contraria vero duorum alterum subeunt: Nempe aut in pernitiem, aut in longum finiuntur tempus. Ergo qui probe expurgantur, his ptissanam dare oportet, tñ nō vt virtutem roboret modo: verū quoq; & his quæ per tusses ex pulmone fiunt humidoru expuitionibus opem ferat. Nēpe verba haec, qualia esse oportet, coctionis habent notas, de quibus absolute diximus tum i his quos de crisibus tū illis quos de temporibus morborum fecimus commentarijs: præterea & in expositione aphorismi illius, vbi Hippocrates quoniam oporteat modo ex apparentibus prænotiones facere ostendens, sermonis exemplum pleuritidem scripsit hoc pacto. Veluti in pleuriticis si sputū inter initia protinus appareat, morbum breuiat, si vero postea appareat, producit.

Et hæc quidem per se talia parte plurima existunt. Sed multa quoque & alia peropportuna quæ præmonstranda sunt, prætermittuntur, quæ postea dicentur.

Dixi & ego sermoni huic deesse non pauca quæ ad distincte definiteq; loquēdum commoda existunt, de quibus & ipse agere pollicetur. Sed in præsentia de his solum vult intelligere quæ dīcta sunt. Ea siquidem per se talia sunt, qualia ipse percurrit.

idem 3. lib. 2. cōm. 15. Et quanto copiosior fuerit expurgatio, tanto magis ad iudicationem usq; dare oportet: sed maxime duos ab iudicatione dies, quibus utiq; vel quinto, vel septimo, vel nono fieri debeat morbi iudicatio, quasi dierum tū paritas tum imparitas perpendenda sint. Post hoc autem mane sorbitonem dabis, scro autem ad cibaria tete conferes.

Kēlos iv, id est iudicationem, nūc dixit vel perfectam morbi solutionem, vel permutationem eā quæ vscq; adeo insignis sit, vt aeger periculum omne euaserit. Duos autē ab iudicatione iubet anotari dies, vt & eos qui diebus tum paribus tum imparibus fiant accessionum circuitus obseruemus. Contingit siquidem interdum vt tanquam soluto exacte morbo agricōfiant, cibētū deinde

E

345.

† σπυραθαλλη
caprarum ster
cori similia.
† At totam cu
tim

† In græcis an
tiquis legitur,
τινα του βασ
σθεσαν τὴν
δύναμιν, οὐ πε
κτὺν ταῦς διε
τῶν βριχῶν γι
γιομέναις ἀνα
πτύσσοι τῷν
ἐκ τοῦ πνεύμο
νος ὑγρῶν. i. vt
robora virt
sufficiat his q
ptusses ex pul
mone fiūt hu
midorum ex
puitionibus.

25.

24.

A deinde negligentius, & eius quæ per circuitum repeatat accessionis occasionem præbeant. **Tutus**
Nota. igitur est etiam si morbus iam videatur iudicatus, ad duos usq; dies diligentem victus rationem
 qua æger usus fuit, seruare. Præteritis aut ab iudicatione diebus duobus, iam securum est plenius
 cibare: sic ut neq; mutatione eam quæ vniuersim subitoq; fit, efficiamus: sed mane qdem sorbi-
 tionem demus: postea vero dimittente die iam & frumentacea exhibeamus alimenta. **Constat**
 igitur Hippocratem languentibus ipsis neq; aliud quippam ante præfinitum tps nuper dictum
 dare, neq; panem, sed ptissana oīno contentum. Quod ægrum satiantis replentisq; non est, sed
 potius, si quis vitio vertere voluerit, tenuius q oportet cibantis. **V**erum ita cibare neq; tenuius
 iusto est, neq; plenius q oportet: sed exuperatiarū exacte est mediū, & maxime laudabile. **Quod**
 autem ita cibare sit mediū, demonstrat & eorū qui contraria vitio vertunt, contentio. **Quo** ē nu-
 mero Thessalus eiusq; sequaces, tanq; egros replente accusant Hippocratem: Eralistratus vero,
 tanquā fame necantem. Nempe quæ ab Eralistrato in primo de febribus aduersus Apollonium
 Dexippumq; Hippocratis discipulos dicunt, calūniam habēt eius qui per famē fit cruciatus, qui
 ad Hippocratē magistrum refert. Sed sanè Eralistrato ignoscendū magis, vt pote qui verisimilia
 dicat: cæteros vero q Hippocratē egros replere aīt, viros Thessalo dignos esse est existimādū:
B qui neq; aliud quippam scriptorū Hippocratis, neq; quæ de victus ratione pferunt, nouerunt.

26 *Talia autem magna ex parte profunt ijs qui protinus tota utuntur ptissana.*

Siue totam, siue hordeaceam, siue ptissanam simpliciter dixerit: vnu & idem ex tribus his si-
 gnificatur vocabulis, ptissanam unoquoq; non colatam significante. **N**empe si à decoctione qs
 ipsam colauerit, deinde cremorem separauerit, dederitq; is neq; tota, neq; hordeacea, neq; sim-
 pliciter dicta vti ptissana dicetur, sed solo ptissanæ cremore. **R**ursus aut impreſentia memorabo
 quinam sint, q ptissana tota ab initio vti debet, breuisq; erit memoratio, nisi segniter desidioſe q
 que p̄dicta sunt, audieris. **S**i ergo quæ expuunt vtilia fuerint, ægerēq; neq; medicamēto, neq; cly-
 steri egere videat, ptissana hunc cibare iubet. Sed rationē consiliū adiecit inquiens.

27 *Dolores siquidem pleuriticorum cōfestim sponte desinunt, ubi aliquid effatu dignum tum expui, tum expurgari ce-
 perit. Nempe & purgatiōes longe perfectiores existunt, minusq; purulentī ita fiunt, q si quis aliter cibaret. Præterea in-
 dicationes simpliciores facilioresq; & minus reuerſorie.*

C Probe autem hæc oīa à ptissana fiunt, tum q humectet, mediocriterq; incidat quæ expui de-
 bent humida, tum demum q virtutem roboret. Concurrentibus siquidem vtrisq; oxyus expur-
 gantur, qui respirationis instrumenta infestant humores, quos quidem & humectare & secare
 potest ptissanæ modo aqua mulsa: sed virtuti robur non addit. **C**ontraria aut pollutant facultate &
 panis, & chondrus, nempe virtutē qdem roborant: sed neq; humectant, neq; secant. **Q**uod neq;
 alteri cuiquam inest eorum quæ medici languentibus dare consueuerunt, verbi gratia, ouis, gal-
 lorum testiculis, alis, piscibus, iuuenibus columbis, & quæcumq; id genus sunt. **Q**uare qui lenti-
 culam ex aceto confectam pleuritico in ea morbi declinatione quæ nihil aliud q coctorum ex-
 puitionem desideraret, exhibuit, is non īmerito languenti ipsi, qui sequenti nocte suffocatus est,
 mortis occasiōe dedisse est visus. īmo lenticulā nemo qui mentis cōpos fuerit, dederit. **Q**uod si
 æger aquam mulsam ptissanamq; fastidierit, pisces faxatiles sunt maxime idonei, ex aqua scilicet
 & porro, & anetho, & sale, & modico oleo parati: atq; ex nō saxatilibus aselli. **S**ed antea oxymeli
 propinare oportet, neq; enim id stomacho aduersatur; nisi affectis in languente neruis, & in mu-
 liere, vtero. **Q**uod si oxymelitis loco medicamentū aliud dare volueris, dabis eam quæ ex mar-
 rubio, & iride fit, confectionem. Nempe hæc etiam si per se cum mulsa bibatur, maturat probe
D quæ tum in thorace tum in pulmone sunt superflua, atq; ad expuitions præparat.

28 *Ptissanam autem ex optimo confectam esse hordeo oportet, atq; quam probissime cōtam, & maxime si non solo
 uti debeas cremore.*

Probatissimum hordeum prius, q experiaris, ex eosolum q & plenum sit, & nihil rugosum
 in se habeat, iudicabitur. **S**ed experientia iudicatum per decoctionē deprehendetur, vbi scilicet
 plurimū intumescat, & succū faciat plurimū. quod stabile ratumq; facultatis ipsius est argumētū.
Nempe quod lab alendi bonitate plimitur, id scientificum non est, neq; perpetuo verum, quanq;
 magna ex parte insigne egregiumq;. Ptissanam aut ppteruo optimā esse iubet: sed maxime si nō
 solo vti cremore velimus, verū & ipsa tota. Quare aut id præcipiat, manifeste declarauit cū inq;

29 *Nam præter reliquias ptissanæ facultates lubricitas eius ne hordeum cum denoratur noxam inferat, efficit, neq; n.
 adhæret, neq; in recto thoracis manet tramite, & eum nocant.*

Hippocratem ἔξι magna ex parte quidem δύσυσσια, id est rectum tramitem: Interdum autē
 & φοράν, id est lationem dicere non ignoramus. **Q**uod autem ptissanæ haustæ per thoracem tū
 rectum iterum latio ad ventrem usq; per stomachum fiat, liquido cōstat omnibus. vultq; Hip-
 pocrates in ea re nihil ipsi adhærebit. **N**empe cum multa in thoracis pulmonisq; affectionibus
 Septima Classis, ppppppp existit

Gal.in lib.Hipp.de vict.rat.

existit caliditas, quod adhæret arescitq; atq; adeo pertinaciter obstruit, vt vix absolui possit, id ciborum fastidium quoddam & sitim facit. E

Lubricissima autem est, & ab inferenda siti maxime aliena, facilime concoquitur, & infirmissima existit si optime cocta fuerit, quibus omnibus est opus. 30

Ptissanam probe coctam non lubricissimam modo, maximeq; ab inferenda siti alienam, & facilis concoctionis esse alstruxit, sed tandem infirmissimam esse adiecit. Quod maxime lubrica sit, si probe cocta fuerit, iam antea est enunciatum. Sed quod ab inferenda siti maxime aliena sit, hic propter hordei naturam continuo adjicitur. Est autem hordeum temperamento frigidum. Verum quoniam pacto substantiam ipsam tum frigidā tum calidam iudicare oportet, inter animalia qdem in libris de tēperamentis diximus: inter ea vero quae anima carent, in his quos de simplicium medicamentorū viribus fecimus cōmentarijs. Immo & facilissimae ait esse concoctionis ptissanam huiusmodi, utpote quę dissoluta sit, neq; quispiam habeat quod & durū sit, & difficulter confici possit, atq; haudquaquam flatuosam iam propter longam cocturam effectam esse. Quantum vero spectat ad id quod in dictionis fine dixit ptissanam huiusmodi infirmissimam alterens: si nihil de probissima ipsius concoctione antea egisset, promptum esset sermonē Hippocratis ad eam quae in ventre sit, confectionem referendum affirmare, quasi infirmissimam dixisset quę in ventre & facile vincatur, & conficiatur, & permittetur. Sed qm id predixit, infirmitatem illam intelligere oportet: q vel paucam præstet corpori alimoniam, vel nullā habeat qualitatē, quę vsque adeo vehemens sit, vt vel neruos, vel mentē feriat, quo modo acetum, vīnumq;. F

Nisi igitur quis quantum deest contulerit ut ptissanæ sorbitio sufficienter paretur, crebrius sanè detrimentū afferet. 31

Docere incipit quae pauloante se dicturū promisit, cum dixit multa quoq; alia peropportuna quae præmonstranda sunt prætermittuntur, quae postea dicētur. Quod autē verbū τιμωρίσω. i. conferre, tum apud antiquos tum apud Hippocratem ipsum s̄epius pro βούθησω. i. auxiliari dictū sit, demonstratum & in alijs libris per eas quas in ipsos confecimus enarrationes.

vit. i. cōm. 39.

vit Fuchsium in p. t. cōm. Quibus enim cibis statim inclusus, si quis non vacuato eo sorbitio dederit, dolorem si adest adaugebit: si non adest, protinus inducet, frequenterq; reddetur spiritus, quod malum est. Nempe pulmonem exsiccatur, fatigaturq; tum hypochondrium, tum uentrem imum, tum septum transuersum. 32

cap. i. pag. 143.

lit. 6. epil. sec. p. cōm. 6. Cibū (græce σῖτον) dixit, quod ab edulijs (hoc est ἀπὸ τῶν σιτίων) in intestinis ipsis cōtinēt extremitum, quod Græci & σκύθελον & κόπερον appellant. Si igitur inclusio eo, id est ex multo tēpo re haudquaquam electo, ptissanam quis propinauerit, lateri offensam fieri est necesse propter intestinorū oppilationē, quā ex collecto in ipsis stercore, flatuq; propter oblatā ptissanam haudquaquam pertransiente, & demū ob prauam quae ad affectā partem fit distributionē nacta sunt. Quo fit ut exhausta ptissana, necessario dolorem si lenitus fuerit, adaugeat: & si conqueuerit, generet. Nempe vapores, flatuosiq; spiritus, & exhalationes scybalorū cum ad latus perueniunt, dolorem ipsi pariunt, adaugentq; ob eas causas & frequentior fiet respiratio. Vocavit autem totam respirationem spiritum & in prognostico, & in libris populariter vagantiū morborū. Densata autē frequensq; redditā respiratio, respiratorijs in organis assiduū ob motū caliditatē efficit maiore, qua siccant tum pulmo, tum septū transuersum: siccanturq; vna & calidunt ea quę tum in hypochondrio tū in peritoneo existunt aīalis partes. Omnes siqdē in respirationibus vna cū thorace mouentur. Quod autē principio dictiōis dicit, Quibus. n. cibus statim inclusus, Vocē hāc/statim/ ordine habet cōmutato. quae si suā peculiarēm q; acceperit cōcinnitatē cōpositionēq; dictio ita habebit. Nisi p̄fato ptissanaceae sorbitiōis mō suppetias tulerimus, frequenter oriet ləsio. statim siqdē qbus cibus iclusus ē, nisi q̄s prius vacuato eo sorbitio ita d̄derit, maximā afferet offensā. H

Præterea si lateris dolor assiduus est, calidisq; fomentis non remittitur, sputumq; non procedit, sed καταγλυσχέων οὐδὲ πενετώς id est summe citra coabitatem glutinosum sit, nisi quis dolorem uel alii subduktione, uel seita uena pro utriusvis exigentia soluerit, ptissanam autem ita affectis dederit, præcipitem aget in mortem.

Quod de pleurite tanquam exemplo agat Hippocrates, memoria non excidat, fieri autem pleuritidem ipsam propter inflammationem eius quae costas succingit membranę ostendimus. Si igitur cū in vigore fuerit inflamatio, ptissanam quis dederit, egrum grauiter offendet. Viges autem inflammationis notæ sunt, dolor assiduus, & q nullo pacto a calidis fomentis remittatur. Continuo autem & alia adjicitur pleuritidis non magnæ modo, verum & morosæ nota, q̄ scilicet sputum abunde glutinosum ab euacuatione arceatur, infarctum affectis partibus & detentum. Nēpe hoc verbū καταγλυσχέων οὐδὲ plus aliquid indicat, dictione maximam significante glutinositatem, facta præpositionis huius κατὰ adiectione. Satis igitur fuerit ex ipsius additamento quod ita glutinosum sit ab eo quod concoquitur distinxisse. Nēpe quod concoquitur, mediocriter glutinosum existit; nō tamen καταγλυσχέων οὐδὲ neq; extreme neq; summe id habet. Et ne quis in ea re falleretur, cōtinuo Hippocrates verbo huic καταγλυσχέων aduerbiū

A aduerbium hoc $\alpha\sigma\alpha\pi\omega\varsigma$ adscripsit, quod idē cum $\alpha\omega\pi\tau\omega\varsigma$, id est incoctibliter significat. Nempe καταγλυπονομενον απεπτωσ, id est citra coctibilitatem glutinosum, malum est. Ego autem ita affecto si quis ptissanam dederit, priusq; dolorem velsecta vena, vel ventris euacuatione soluerit, hominē perimet. Nempe in præsentī & tali pleuritide, postea q; à calidis fomentis non remissum esse dolorem dixit, statim duo alia habet aduersus dolorem remedias, sanguinis missionē scilicet & purgationē. Nempe eorū quae ex opio, hyoscyamo, & mandragora conficiunt mediamētorū vius dolorofam pleuritidis affectionē nō sanat, sed sensum tollit enecatq;. Nunc ergo sectionis venae meminit simpliciter & purgationis. Sed deinceps super vtriusq; viu distingueſ.

34 Ob has igitur προφάσεις, i.e. causas, atq; ob alias similes adhuc magis, qui tota utuntur ptissana septimo die uel celerius moriuntur: aliq; quidem mente leſi, aliq; uero ob difficultatem spirandi stertoremq; prefocati.

Quod saepius appellet causas προφάσεις, demonstratum quidē in his quas in alios libros parauimus enarrationibus. Sed quasnam alias præter dictas vnā celeriorem inferre mortem dicat, adiçere sermoni oportet. Nunc siquidem sumptionē ptissanae priusq; soluatur dolor recensuit, sputiq; ob frequentē respirationē glutinositatē, ob quam & suffocantur. Sed laedi quoq; asserit, si prius (vt supposuit) quam vacuati sint, vinum sumperint, quam item mulsa, & oxy-
mel. Nempe de alijs omnibus neq; idiotis ipsis non constat. Non abs re igitur ait alios mente leſos mori. Id enim contingere natum est si vinum vinoſaq; intempestive sumperint. vit. 62. 1. cōm. 90.

35 Non perperam autem hos antiqui sideratos esse existimauerunt, tum maxime ob id, tum non minime φ mortuis latus liuidum plagæ simile uideretur.

Veteres talis prehendit opinio tum propter necis celeritatem, tum q; nonnullorum latus affectum liuore videretur, vbi scilicet inflammationis erat radix. Sanguine etenim in latus ob dolorem perueniente, quicquid in cute diuisum solutumq; est, id in morte refrigeratum nigrorem contraxit: similiter illis qui ita ex plaga affecti sunt.

36 Rei huius causa est quoniam prius, q; dolor soluatur, pereunt. Celeres siquidem sunt respirationes.

Quod autem hoc respirent pacto, deinceps ipse ostendit inquiens:

37 A multo autem frequentiq; spiritu, ut iam dictum est, summe tuum uiscosum, tum incoctum effectum sputum, fieri egressum prohibet.

C Quod prius $\alpha\sigma\alpha\pi\omega\varsigma$ dixit, nunc $\alpha\omega\pi\tau\omega\varsigma$, id est incoctum dicit. fidemq; facit q; & probe tunc vocis transpositionem fecimus.

38 Nempe & sputum quod intus retinetur, prohibet spiritus ad interna lationem, cogitq; ipsum celeriter egredi.

Non oīs spiritus in huiusmodi affectiōibus ad interna ferri phibet. Nēpe si id fieret, hoīem ptinus mori esset necesse, nō secus q; his accidit q; strangulant. Verū qd' vni respiratiōs cōferat, itro ferri phibet. quapropter ad dies aliquot sufficiunt, sed tractu tēporis aucta indigētia moriuntur.

Et ita aduersus malum sibi inuicem opitulantur. Nempe retentum sputum frequentē spiritum reddit, qui frequēt effectus sputum agglutinat, atq; expiri prohibet.

Quod verbo hoc τιμωρῶν pro opitulari tū antiqui alij, tum Hippocrates vñi sint saepius, ante dictū est. & nunc sane συντιμωρῶν αλλήλων εἰς τὸ κακὸν dixit pro συμπράττειν καὶ λιστελεῖν, id est opitulari & prodesse. Atque quonam modo sibi inuicem opitulētur prosintq; perspicue qdem ipse ostendit, sed & à nobis dicetur. Sputum in bronchijs pulmonis tenaciter adhērens, transitus spiritus angustiam parit. atq; ob eam angustiam minus ægri inspirant. Quo autem minus inspirant, eo magis inexploram reddunt respirationis necessitatem. atq; ob id citius à priore inspiratione ad secundam properant. quod densum frequentemq; spiritum vocant.

40 Prebendunt autem hęc non solum si ptissana intempestive utatur, uerum & multo magis si quippiā aliud quod ptissana deterius sit, uel ederint uel biberint.

Iam rei huius pauloante meminit cum dixit, Ob has igitur causas, atq; ob alias similes magis. 5. cōm. 37.
Immo eo in loco de vino, aqua mulsa, & oxymelite mentionem fecimus. Hic autem & alia intellegere est opus, quae ita affectis non aliter pleriq; medici exhibent: quae etiam q; aqua mulsa, vīnū, & oxymeli nocent magis.

41 Bene igitur ut plurimum similia sunt auxilia tum ijs qui tota utuntur ptissana, tum ijs qui cremore ipsius, uerum qui neutrō horum, sed potionē sola utuntur, his interdum diuersimode auxiliandum est.

Auxilia inquit similia sunt & ijs qui ptissana, & ijs qui cremore ipsius utuntur. Sed qui potione duntaxat utuntur, his interdum diuersimode opitulari oportet. Sed qualisnam sit huiusmodi diuersitas, in sequentibus perdocet.

Gal. in lib. Hipp. de vict. rat.

B
42

Verum omnia hæc ad hunc modum facere oportet. Si nuper pasto cuiusdam, & alii oneribus haudquaquam purgato febris vel cum dolore vel sine dolore inciperit, à sorbitione tantisper est temperandum, donec cibum ad infernam intestini partem descendisse coniectum fuerit.

Sermonem lacerum frustatim cœptum, neq; continenter & conuenienti digestum ordine fecisse sese deprehēdit Hippocrates, quapropter resumens ipsum, ad accommodum perducit principium. hoc autem ideo ipsi accidit, quod questionem super medicorum controvërsia soluere conatus, in ea solutione de rationibus curatoriis mentionē fecit. q; sanè re intellecta atq; his quidē permutatis, sermonē ab initio aliter percurrere debuit. Nēpe & ita mihi, aliquā felicius cōtingere est vīsum, utpote qui ijs quæ ante scripta fuerāt, pmutatis, alio de ipsis scripsérī modo. Sed quoniam pacto & questionē ab ipso ppositam soluere, & sermoni ordinē dare debuit, his exponam ego qui talia interpretari exponiq; desiderāt, viamq; dilucidabo. iam ergo animū conuerte sermonē ab initio auditurus. Quare cōtingit ut interdū praestantes medici de curatiōe dissideant: quod scilicet in nōnullis expertū, conuenire oībus putauerūt. Sic sanè & in viētus ratiōe in morbis acutis fuerunt controvërsi, alijs qdem ægros ad iudicationem vslq; ptissimā cōtrementes, alijs ptissimā ipsam exhibentes, alijs aut̄ neutrum horum administrantes. ex parte aut̄ verū quidem dixerunt oēs: sed ex parte falsi circūuentiōe sunt. Nempe quidam ex eis qui acute ægrotant, ptissimā indigēt, alijs cōtremento, alijs horum neutro ad iudicationē vslq;. verum claritatis gratia de acuto morbo vno tanq; exēplo sermonem faciam. Et demū pleuritidis super curatione age proponatur. Si languenti non multo ante tēpore cibato, neq; ventris oneribus expurgato febris incepit, sorbitionem huic non dabis, donec quæ administrata est alimonia, penetratis plurimis intestinis, ad vltima vslq; eorū peruenisse videbit. Principiū huiusmodi vbi quispiā sermoni fecerit, atq; deinceps oīa proprio dotauerit ordine, doctrinā in his haudquāq; obscurā pariet.

*2 ap. hoc purp̄ano verum
pe pater j. huius 29. A.*

Vbi autem dolor aliquis uexauerit, oxymeli ibendum dabis, hyeme calidum, & estate frigidum. q; si multa fatis fuerit, melicrato utendum & aqua.

43
Plura habent
in veteri trās,
latiōe quāhic,
nec ita incipit
commentum,

Lib. 9. cap. 5.

Siticuloso existente ægro, alioqui oxymeli admodum multū deuitans, quapropter consequēter tum melicrati tum aquæ mentionem fecit. Nempe quantum ad morbum spectat, oxymelite magis est vtendū. verū si æger accepto multo oxymelite adhuc sitiuuerit, melicrati insuper dare oportet. Quod si & ab hoc sitiuuerit, aqua offerēda est. Nēpe aqua per se porta culpa nō caret. Causas vero ob quas aqua pota culpet, in sequentibus in ea libri parte, quæ de virtutibus ipsius agit, perdisces. Nunc aut̄ quod presenti apposuit orationi considerabimus, qua scilicet præcipit oxymelite vtendū hyeme qdē calido, & estate vero frigidō. Nēpe id ad eā, quæ in acutis morbis † magnō est adiumento, nos hortat gelidæ aquæ potionē. quam oīno prætermis̄sse videtur Hippocrates: atq; ob eā rem à quopiā culpari posset. Res etenim doceri, nō negligēter incurioseq; narrari debuit. Quam ergo opinionē habuit de aquæ frigidæ potionē, ex hoc lemmone intelligi potest. Nempe si Hippocrates sitientibus oxymeli frigidum aliquā exhibeat, q; & aquā daturus sit, est manifestū. Quamuis liquidē non pr̄fus de frigidæ potionē id pr̄ceperit, veruntamē dogma sequit̄ ipsius. utpote q; febrē ex natuō calore ignescente suscitari existimet, atq; contraria cōtrario esse remedia. Cum aut̄ ignis (græce πῦρ) tū calidus, tū siccus sit, atq; ob id etiā febris (græce πυρετός): sanè aqua febris naturae aduersissima est, corpus tum refrigerās, tum humectās. Et sanè ab ea si tēpestiue detur, febres, ptinus extingui vident. Dic̄tum sanè abūde in libris methodi mendendi: sed & nūc rei summa dicetur. Cū ergo febris fuerit, cōstante virtute, tūc non solum nō offendes dans frigidam, verū & iuuabis abunde. Potio aut̄ frigidæ huiusmodi, tanta sit quantū frigidæ aquæ æger inspirādo haurire possit. Oxymelitis vero exigū datur, nec singulis oblationibus plus dimidio. in hoc ergo exhibitiōis scopus est dissimilis. Nempe ad febris extinc̄tiōnem frigida affatim, atq; ad laboratis vslq; satietatē bibitur. Quæ enim ita bibitur aqua, sanationis gratia bibitur. Oxymeli vero & estate datur frigidū, ne laboratis adaugeat sitim, immo vt aduersus etiam contrariū conferre possit. Ob eas etiam causas frigidum oxymeli ante morbi coctionē dari iubet, quasi frigidam aquam ad satietatē vslq; in eiusmodi affectione dare & estate haudquāq; debeamus. Densat liquidē inflāmationem si ex ea febrierint, crudosq; refrigeratione reddit humores, vbi ex ipsis morbum contraxerint, sed ab oxymelite reducuntur, q; secandi vim habeat. Nempe quod fecat penetratq; id spissanti cogentiq; corpora est contrarium.

G
† ἀγαθισμῶς
γνωμένην. vis
de i lib. de mat
core cap. 8.

Postea si dolor quispiam vel periculum comparuerit, sorbitionem dare oportet neq; multā neq; crassam: sed post septimam vel nonam si ualidus sit. }

H
† Ap. oxyba
phū. Antiqua
trās. habet
plus vncis q;
tuor & semis.

Qui Hippocratem ægros ἐμπίπλαι, id est replere dixerunt, (ita enim verbo sunt vñi) distinctionem hanc prætermittere mihi videntur. vt qui fame necare ipsum dicunt, solam hanc legisse apparent. Quod si vtricq; animaduertissent, eorumq; quæ ab ipso bene enarrata sunt minimissent, quoniam scilicet pacto naturæ inter se valde differāt, forsitan eos contraria Hippocrati imponere puduisse, & potissimū si reliquā animo volutasent quæ ipse demonstrauit, regiōes, à regionibus

A à regionibus magnopere differre ostendens, & anni tempora ab anni temporibus, & aetates ab aetatis, & conluetudines à consuetudinibus, & proprios peculiaresq; languenti vnicuiq; ante morbum victus. Si ergo in omnibus quæ dicta sunt, contrario habentes modo inter se comparaueris, maximas in victus ratione comperies differentias. Quas vbi è regione inter se ordinaueris, iam & hoc pacto quā multas consistere in medio exakte videbis. Sed de huiusmodi differentijs dictum quidem absolute in libris methodi medendi, dicetur quoq; & nunc rei summa. *Statue igitur quempiam natura siccum qdem corporis habitu, sed superficie densum spissumq; latis venis, virtute vitali valida cibisq; non multis assuetum, ægrotare hyeme non admovit.*

† In A.C. Græ. legitur. πολὺς τροφοὶ εἰδέσθαι μετι. i. cibis multi nutrīti.

B tur, ea scilicet quam Hippocrates veluti exemplum hoc in loco constituit, pleuritide. An' ne vna tibi victus ratio in vtroq; definienda videtur? An posterior à prima die alendus: prior vero potu solo ad septimam vsc; gubernandus, vbi morbum non longius protracturum sese speraue- ris? Ego sanè qui longa experientia vtrunq; probauerim, optimam ita fore victus formam asse- ro. Nam si vice versa feceris, priorem scilicet à principio nutritre aggressus, posteriorem vero ad septimum vsc; sine cibo seruare volueris: trucidabis sanè ante quartum diem vtrunq;: nempe alterum citissime præfocando, alterius vero vires prosternendo. Ceterum adiice si velis aetatem vtricq; contrariam, priorem quadragenarium constituens, posteriorem puerum. Nam hoc pa- cto citius ad mortem vterq; properabit. *Sed sanè oia haec quæ nunc dicta sunt, ad vnu reducuntur scopum, qui vno verbo ab Hippocrate est declaratus. Quid enim ait: Sorbitonem dare oportet post septimanam si validus fuerit. Verbum siquidem vnum est: sed ex omnibus quæ*

** Ex antiquis ita legi potest. Si. n. Valeat ad Septimam vsc; diē diatam ex oxymelite & melicratū, & aqua pferit, ex ihs oībus quæ diximus, inues- niri accogno- scipotent.*

C pocrate bene præcepta sunt, elaborare & confidere deberent, laudis appetentia ducti sectam aliam constituunt. Verum nos qui veritatem honoramus, laudamus Hippocratem cum in cæ- teris omnibus, tum quod in vnoquoq; opere proprium scopum ita docuerit, vt huic attentus omnino quispiam definitam certamq; inuentionis auxiliorum habeat viam. *Sic sanè & cibandi scopum vnum communem prorsus tum sanis tum languentibus esse demonstrauimus. Is autem facultatis vitalis custodia est, quam nunc manifeste explicuit cum dixit: si validus fuerit, ob ean- dem sanè facultatem sanis edimus, & bibimus, aliaq; omnia vitæ munia exequimur. Propter hanc eandem & ægris ad cibos potusq; procedimus.* *Nempe morbus suæ affectionis indicat auxilia, phlebotomiā videlicet, clyisma, cataplasma, purgationem, oxymeli, aquam mulsum, atq; alio- rum vnumquodq;.* *Virtutis vero custodia solam indicat alimoniam.* *Si igitur morbosam affe- ctionem nullo pacto offendere alimoniam, nos virtuti soli attendentes agros vt sanos alere- mus. Sed quoniam saepius noxam vt ostendimus afferit, ob id morbi affectionem, non tanquam cibi indicatrixem, sed tanquam prohibitrice contemplamur. Vbi ergo non prohibuerit, facul- tasq; præceperit, tunc nutrimus. Neq; enim cibus morbosam affectionem sua ratione iuuabit.*

Id sanè dixi, quoniam saepius materia vna vim tum cibis tum medicamenti obtinet, vt ptissimam. Nempe quod virtutem roboret, id ea efficere tanquam alimentum nata est, sed quoniam & se- cat & humectat quæ expūi oportet, ideo medicamenti obtinet rationem. *Chondrus ergo pleu- ritico cibus tantum existit; oxymeli vero medicamentum. Sed vtrorumq; facultatem ptissimam obtinet, vsumq; languentibus ipsis exhibet. sed ingeritur virium quidem conseruandarum gra- tia, tanquam alimentum: vt vero solvatur morbus, tanquam medicamentum.* *Cum igitur vir- tus ad morbi vsc; iudicationem sine ptissimæ sorbitione sufficerit, oxymeli & aqua mulsa satis sunt, oxymeli quidem vim medicamenti solam habens, aqua mulsa vero cibi pauci & imbecilli.* *Si igitur iudicationem septima die citius futuram speraueris, vt verbi gratia vel quarta vel quin- ta, agros sanè multos sufficere citra ptissimæ sorbitonem posse comperies: Quod si ad septi- manam vsc; protrahatur, paucos omnino. suntq; qui & virtutem habent valētem, corporisq; ha- bitum tum durum, tum ægre transpirabilem, succosq; vel crassos vel viscosos, atq; si ambiēs aer*

Gal.in lib.Hipp.de vict.rat.in morb.acu.com.i.

calidus non fuerit. Nempe si nihil è nostro efflueret corpore, alimento opus non esset; sed quoniam effluit, ideo huius proportionē cibi quantitatem definimus. Quibus igitur per cuticulares meatus parum exhalat, fieri potest ut his summam consulamus inediam, & magis ubi virtutem ab initio validam habuerint. quasi velociter laboret quae imbecilla veluti senum fuerit, & si corpus parum exhalauerit. Quapropter & pauloante quadragenarij meminimus, & nō septuagenarij.

At si nuper cibato cibus prior non descenderit, uirtusq; ualida fuerit, & flouerit ætas, subluere oportet. *Si uero uirtus imbecilla fuerit, glande est utendum, nisi aliud sua sponte probe deiecerit.* 45

it. c. 5. mech. cap. 13.

Rursus & hoc in loco remediorum indicationē ab affectu corporis accepit, simulq; virtutem considerauit: neq; tanquam remediorum usum aliquando indicantem, sed tanquam contrario indicantem modo, interdum autem & prohibentem. Non enim quod aeger valida sit virtute, ob id clysmate est opus, sed clysmatis indicatio ex ventris desumitur affectu. Si vero virtus valida fuerit, vacuationi non reclamat: quae si imbecilla est, vacuationem ipsam inhibet. Sed rursus ad Hippocratis consuetudinem conuerte animum, qui in talibus aliquando de sola virtute mētionem facit, sicut in ante dicta videre est dictione, sed interdum adiicit ætatem. Præcipiuus siquidem est virtutis scopus: sed ad notitiam eius confert etiam ætatis cognitio, cito quidem in pueris laborante propter copiam effluuij virtute, in ætate vero florentibus abunde sufficiente. Cæterum quo modo in pueris corporis substantia tum mollis tum humida præcipua exsolutionis virium causa efficitur: sic & in regionibus & anni temporibus res habet. Nempe horum caliditas velociter confessimq; virtutem vacuationis quantitate soluit. Iure igitur Hippocrates ex virtute interdum sola distinctionum huiusmodi doctrinam efficit: interdum & quipiam ex alijs adiicit, vñā cum ipsis & cætera commemorans.

it. c. 1. q. 39. l. 39. F. Tempus autem dandæ sorbitonis tum per initia, tum per omnem morbi decursum hoc maxime senare oportet. Nam si pedes frigidis fuerint, non à sorbitione modo, uerum quoque & maxime à potu temperandum. At cum caliditas ad pedes descendat, tunc dare expediat. Sanè tempus ualere admodum putandum cum in morbis omnibus, tum præcipue in acutis, & potissimum quibus febris uehementior suberit, periculumq; summum. 46

Quo modo dixi vnum quidem esse alimoniae scopum custodiā virtutis, necessario autem simul morbi affectionem contemplandam esse, ita cibi offerendi tempus ex morbo non prohibente inuenitur. Quantum siquidem ex primo virtutis scopo est, interdum & per accessionum initia, alimoniae existit necessitas, sicuti & in sanis ubi primum in naturalibus euacuationibus quis eò deuenerit ut propè laborare incipiat, refocillatiōe est sibi opus. Sed quoniā in accessionum tum principijs, tum incrementis ingesta alimonia laedere admodum nata sit, ob id differimus ipsis exhibitiōem, quanquam corpus ipsum iamiam indigere videatur. Quodnam igitur optimum languentibus ipsis dandæ alimoniae tempus? Sanè cum moderatissime habuerint, tum thorax tū venter: deterrium vero cum ea deterime habuerint. Deterime autem habet in accessionum principijs: moderatissime vero in declinationibus. Constat igitur optimum cibi ministrandi tempus in ægrotantium declinationibus esse. Accessionis autem principium fit calore omnijtoto ex corpore ad cor thoracemq; concurrente: Incrementum, cum paulatim ad extremas corporis partes se se expandit: Status, cum ex aequo corpus totum occupat. Verum declinatio contrarium principio modum habet, perspirante scilicet caliditate, atq; medium corporis relinquent, quod uno ostendit verbo inquiens, Cum ad pedes calor descendat. Nec enim id est calidos ex frigidis fieri pedes, & caliditatem in eos trānsire. Nam descendere commutationē caliditatis ex alia parte in aliam manifestat. Fieri autem potest ut pedes califiant manente in corporis medio caliditate, quod in vigore ipso contingit.

In primis autem & maxime cremore, deinde ptissana uteoris, prescriptis coniecturis diligenter attentus.

* A. x. a. B. n. v. i. descēdere

H

47

Posteaquam Hippocrates prædixit quando potu solo regere ægrotates oporteat, & quando ptissana: nunc quando cremore solo, & quando ptissana ipsa utendum sit, distinguit, breui quidem & conspicua distinctione. Nempe ad coniecturas quas recensuit, animum conuertens, quisnam ex languentibus ptissana uti possit, compries! sic tamen ut à cremore ipso exorsus ad ipsam sensim paulatimq; te transferas. Dico autem sensim paulatimq;, ut primum quidem solo utaris cremore, deinde cremoris quidem plus exhibeas, ptissanæ autem exigui: deinceps equaliter utruncq;, mox ptissanæ plus, atq; tandem eam solam sciens ptissanam ipsam ad corporis nutrimentum virtutisq; robur exuberare; cremorem autem ad concoctionem cōfessionemq; facilem esse. Cum igitur morbi conditionem, virtutisq; robur vergere ad melius videris, auge & tu ptissanæ oblationem.

Galenī